Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Haggai

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

textu huius prophetie continentur reuersio
nem populi edificationem templi renouati
onem ciuitatis obseruantiam sacerdotalem
et interitum regnorum gentium exterarum
significant. Explicit prologus.

Incipit liber aggei prophete

In anno secundo darii regis in mense sexto
in die una mensis factum est uerbum
domini in manu aggei prophete ad zorobabel
filium salathiel ducem iuda et ad ihesum
filium iosedech sacerdotem magnum dicens.
Hec dicit dominus exercituum dicens. Populus
iste dicit. Nondum uenit tempus domus
domini edificande. Et factum est uerbum
domini in manu prophete aggei dicens. Num
quid tempus uobis est ut habitetis in
domibus laqueatis? et domus ista deser
ta. Et nunc hec dicit dominus exercituum.
Ponite corda uestra super uias uestras. Semi
nastis multum. et intulistis parum.
Comedistis et non estis saciati. bibistis
et non estis inebriati. Operuistis uos et non
estis calefacti. et qui mercedes congre
gauit misit eas in saccum pertusum.
Hec dicit dominus exercituum. Ponite cor
da uestra super uias uestras. Ascendite in
montem. portate lignum et edificate do
mum et acceptabilis michi erit. et glifi
cabor dicit dominus. Respexistis ad am
plius et non ecce factum est minus. et
intulistis in domum et exsufflaui il
lud. Quam ob causam dicit dominus exer
cituum. Quia domus mea deserta
est et uos festinatis unusquisque in do
mum suam. Propter hec super uos prohibi
ti sunt celi ne darent rorem. et terra
prohibita est ne daret germen suum. Et
uocaui siccitatem super terram et super
montes et super triticum et super uinum et
super oleum et quecumque profert humus
et super homines et super iumenta et
super omnem laborem manuum. Et au
diuit zorobabel filius salathiel et
iesus filius iosedech sacerdos magnus et
omnes reliquie uocem dei sui. et uerba
aggei prophete sicut misit eum dominus deus eorum ad
ipsos. et timuit populus a facie domini. Et
dixit aggeus nuntius domini de nuntiis
domini populo dicens. Ego uobiscum dicit
dominus. Et suscitauit dominus spiritum zorobabel
filii salathiel ducis iuda et spiritum ihesu
filii iosedech sacerdotis magni et spiritum
reliquorum de omni populo. et ingressi sunt
et faciebant opus domini exercituum dei su
i in die uicesima quarta mensis in
sexto mense. in anno secundo darii regis.
In mense septimo uicesima prima II.
mensis factum est uerbum domini in ma
nu aggei prophete dicens. Loquere ad
zorobabel filium salathiel ducem iuda
et ad iesum filium iosedech sacerdotem
magnum. et ad reliquos populi dicens. Quis
in uobis est derelictus. qui uidit do
mum istam in gloria sua prima. Et quid

uos uidetis hanc nunc? Numquid
non ita est quasi non sit in oculis uestris? Et
nunc confortare zorobabel dicit dominus. et
confortare iesu fili iosedech sacerdos mag
ne. et confortare omnis populus terre dicit
dominus exercituum. Verbum quod pepigi
uobiscum cum egrederemini de terra
egypti: et spiritus meus erit in medio uestrum.
Nolite timere: quia hec dicit dominus
exercituum. Adhuc unum modicum est
et ego commouebo celum et terram mare
et aridam. et mouebo omnes gentes.
et ueniet desideratus cunctis gentibus.
et implebo domum istam gloria: dicit
dominus exercituum. Meum est argentum
et meum est aurum: dicit dominus exercitu
um. Magna erit gloria domus istius no
uissime plusquam prime dicit dominus exer
cituum: et in loco isto dabo pacem dicit
dominus exercituum. In uicesima quarta
nono mensis in anno secundo darii regis
factum est uerbum domini ad aggeum pro
phetam dicens. Hec dicit dominus deus ex
cituum. Interroga sacerdotes legem di
cens. Si tulerit homo carnem sanc
tificatam in ora uestimenti sui. et te
tigerit de summitate eius panem aut
pulmentum aut uinum aut oleum aut om
nem cibum numquid sanctificabitur? Re
spondentes autem sacerdotes dixerunt.
Non. Et dixit aggeus. Si tetigerit
pollutus in anima ex omnibus his
numquid contaminabitur? Et responde
runt sacerdotes et dixerunt. Contami
nabitur. Et respondit aggeus et dixit.
Sic populus iste et gens ista ante faciem
meam dicit dominus. et sic omne opus manu
um eorum. et omnia que obtulerint ibi con
taminata erunt. Et nunc ponite corda
uestra a die hac et supra antequam poneretur
lapis super lapidem in templo domini cum
accederetis ad aceruum uiginti modiorum
et fierent decem. intraretis ad torcular
ut exprimeretis quinquaginta lage
nas: et fiebant uiginti. Percussi uos uen
to urente et aurugine et grandine omnia
opera manuum uestrarum: et non fuit in uobis
qui reuerteretur ad me dicit dominus deus. Po
nite corda uestra ex die ista et in futurum
a die uicesima et quarta noni mensis
qua fundamenta iacta sunt templi
domini: ponite super cor uestrum. Numquid
iam semen in germine est? Et adhuc
uinea et ficus et malogranatum et lig
num oliue non floruit. Ex die ista bene
dicam. Et factum est uerbum domini secundo
ad aggeum in uicesima et quarta
mensis dicens. Loquere ad zoroba
bel ducem iuda dicens. Ego mouebo
celum pariter et terram. et subuertam solium
regnorum et conteram fortitudinem regni
gentium: et subuertam quadrigam et
ascensorem eius. et descendent equi et as
censores eorum: uir in gladio fratris sui

In die illo dicit dominus exercituum assumam
te zorobabel fili salathiel serue meus di
cit dominus et ponam te sicut signaculum quia
te elegi dicit dominus exercituum. Incipit
prologus in zachariam prophetam.

Anno secundo darii regis
medorum aggeum et za
chariam prophetasse lec
tiones eorundem decla
rant. Sed hac de cau
sa aggeus zacharie in
ordine prophetarum prelatus uidetur quod eum
duobus mensibus ut predicte lectiones osten
dunt in prophetia precessisse inuenitur. Ad re
staurationem etiam templi precepto dei populum
animasse esdra refert dicens. In secundo
anno darii regis prophetauerunt aggeus
et zacharias filius abdo prophete super iudeos
qui erant in iudea et in ierusalem in nomine
domini israel super eos. Tunc surrexerunt zo
robabel filius salathiel et ihesus filius iose
dech et principes eius et inchoauerunt
edificare domum dei que est in ierusalem.
Quibus etiam adessent prophete exhortati
one sua adiuuerunt eos. Nam et po
pulum israel ab imitatione patrum delic
torum per suam commonitionem idem propheta
cupiens reuocare uerbis lectione compre
hensis usus est. Vidi nocte et ecce
uir ascenderat super equum rubeum et ce
tera. Vidit propheta super equum rubeum
sedentem et stantem in medio myrte
ti umbrosi. Cuius uisionis hec solutio est.
Vir ascendens equum rubeum licet angelus
intelligatur tamen quia predicti colo
ris equum ascendere uisus est. uindictam
sanguinis in eam gentem significat proferen
dam. que populum israel in captiuitatem re
degerat. Stantem uero in medio myr
teti obumbrantis quod dixit. leticiam populo
affuturam per myrteti significationem uolu
it designare. Eiusdem ligni moyses
in libro leuitico cum faceret mentionem
ait. Accipietis die prima fructus lig
ni speciosi. ut leticiam populi per bene olen
tis ligni et speciosi umbraculum demon
straret. Sed hanc uisionem que populi libe
rationem et uindictam de aduersariis af
futuram demonstrat ob hoc noctu propheta
se uidisse memorauit. quia populum israel
in prima liberatione de terra egypti noc
tu discessisse constabat. Cuius exempli
quia presens populus aliquam partem in se
retinere uidebatur liberatio eius ac reditus
captiuitatis de terra chaldeorum prophete est
reuelata. Explicit prologus.

Incipit liber zacharie prophete.

In mense octauo in anno secundo da
rii factum est uerbum domini ad zacha
riam filium barachie filii abdo p
rophetam dicens. Iratus est dominus su
per patres uestros iracundia. Et di
ces ad eos. Hec dicit dominus exerci
tuum. Conuertimini ad me ait